



BOLETÍN DEL CLERO DEL OBISPADO DE LEÓN

EX SECRETARIA BREVIUM

BREVE SS. D. N. Leonis XIII. quo approbantur
Constitutiones Congregationis a SS. Sacramento.

Aegritudini animi Nostri ex tot tantisque Ecclesiae acerbitatibus conceptae levamento est sane non mediocri pietas catholicorum hominum, qui Deum Redemptorem maledictis injuriisque violatum et laccessitum assiduis supplicationibus piisque operibus student humano generi placare et propitiare. Consolatur enim Nos, et in spem melioris aevi adducit quod Spiritus precum effundatur super Domum David, et super habitatores Jerusalem; quod non minor sit in propugnatoribus catholici nominis recte factorum laus, quam in oppugnatoribus nequitia operum: quod demum ubi Ecclesiae Matri filii perduelles et impii afflictionis et moeroris causam dederint, non desint filii amantes et studiosi qui ei consolationem offerant et reparationem. Et revera notum satis est, hoc medium cursuni tenente saeculo aliquantoque serius, nonnullos in Gallia infestissimos religionis hostes extitisse, qui divina Jesu Christi reprobata natura, Sacramenti Augusti, quo nihil est hominibus salutarius, elevasse fidem, et mysterium refutasse. Adversus hos viri praestantes virtute, proposito sancti in societatem coiverunt, cui nomen est inditum Congregatio Sanctissimi Sacramenti. Hujusmodi Institutum Lutetiae Parisiorum, auctore et patre legifero Petro Juliano

Eymard, exigui instar seminis exortum est, deinde secundo Dei numine, auspiciisque Decessoris Nostri fel. rec. Pii PP. IX celeriter visum est in utilem atque uberem segetem adolescere. Congregatio, tanquam hostia piacularis Deo devota, finem habet sibi propositum salutarem et sanctum, quem multiplici ratione assequi connititur, praecipua vero adoratione perpetua Augusti Sacramenti e tentorio sublimis. quacum gratiarum actio, propitiatio, atque impetratio recte coniungitur. Quid enim rectius quam ut homines summam Dei maiestatem humili et demisso animo, ut infirmi et mortalis par est, colant et venerentur? Aequum autem est, ut maximorum beneficiorum, quae adeo acceperunt, quaeque accepturi sunt, memores extent, et de iis gratias agant, gratumque animum profiteantur; ut fratribus suis aberrantibus atque erroribus obco catis Deum placent ac propitium reddant, illisque ab eo veniam exorent; ut denique omnia impetrent quae ad aeternam animarum salutem non solum necessaria sunt, sed etiam utilia atque opportuna. Illud autem Congregationi est propositi in adoratione perpetua sociam ac participem implorare magnam Virginem Dei Matrem, qua siquidem nemo scit vel potest maiori Caritate in Jesum effundi: Sacerdotes saeculares interdum in Congregationis diaetas velut in solitudinem sacri recessus invitare, eosque ad cultum Sacramenti Augusti propagandum excitare, pueros ad mysteria Eucharistica ex religionis disciplina erudire: in Asceteriis, in Paroeciis, in publicis privatisque templis inflammare animos, permovere voluntates ad Sacram Synaxim frequenter celebrandam, ad Sacramentum divini amoris crebro usurpan- dum: denique quidquid vel ex scientiis humanis, vel ex liberalibus artibus ad provehendum SSmi Sacmentii cultum aliquo modo valent, conferre diligenter ut propositum adimpleatur. Cuius rei causa statuta vel regulae Congregationi datae sunt, quarum prima verba «*haec minima Sanctae Matris Ecclesiae Familia*» postrema vero «*in quo reperit et reliquit domum*» et quarum exemplar in tabulario Secretariae Nostrae Brevium asservari jussimus Quem autem talis sit Congregationis finis, tales ut hunc adipiscantur rationes et media, facile intelligi potest qui spiritus afflet sodalium animis, spiritus nimirum amoris, humilitatis qua semetipsos abnegent absque sui proprio,

veritatis, simplicitatis, observantiae, non solum erga Nos et hanc Apostolicam Sedem, verum etiam erga Religionis Antistites et Moderatores Congregatiouis. Quibus omnibus e rebus cum nuper Corrector summus Congregationis SSmi. Sacramenti supplices ad Nos preces admoverit, ut quemadmodum Decessor Noster recol. mem. Pius PP. IX dictam Congregationem ad tempus probavit, ita et Nos cam confirmare ejusque statuta et regulas sancire velimus. Nos qui nihil optare magis atque in votis habere solemus, quam ut Sacmentum Eucharistiae majus in dies singulos apud populos Christianos incrementum capiat, huiusmodi preces benigne excipientes Congregationem SSmi Sacramenti probamus, confirmamus in perpetuum, et rata omnia habemus, quaecumque memoratus Decessor Noster de illa ad tempus sancivit et comprobavit. Decernentes has Nostras litteras firmas, validas et efficaces existere et fore, suosque plenarios et integros effectus sortiri et obtinere, illosque ad quos spectat et in posterum spectare poterit in omnibus et per omnia plenissime suffragari, sicque in praemissis per quoscumque Judices Ordinarios et Delegatos judicari et definiri debere atque irritum et inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scien- ter vel ignoranter, contigerit attentari. Non obstantibus Constitutionibus et Ordinationibus Apostolicis ceterisque contrariis quibuscumque. Datum Romae apud Sanctum Petrum sub annulo Piscatoris die XII Augusti MDCCCXCV, Pontificatus Nostri Anno Decimo Octavo.

C. CARD. DE. RUGGIERO

L. ✠ S.

DUBIUM quoad litanias Sanctissimi Cordis Iesu.

A Sacra Rituum Congregatione expetitum fuit, utrum Litaniae SS. Cordis Iesu, quae per Decretum *Pinerolien.*, quod circumfertur, quamvis a Sancta Sede approbatae non fuerint, permisae dicuntur, saltem extra functiones stricte liturgicas, recitari aut cantari possint in Ecclesiis vel Oratoriis publicis?

Eadem vero Sacra Rituum Congregatio ad relationem infra scripti Secretarii, re mature perpensa, respondendum cen-

suit: *Negative; et cuilibet Decreto contrario derogatum esse per subsequens Generale Decretum, datum die 6 Martii 1894, quo prohibentur Litaniae quaecumque, nisi extet in Breviario aut in recentioribus editionibus Ritualis Romani, ab Apostolica Sede aprobatis.*» (1) Atque ita servari mandavit. Die 28 Novembris 1895.

CAI. CARD. ALOISI-MASELLA *S. R. C. Praefectus.*

L. ☧ S.

ALOISIUS TRIPEPI *S. R. C. Secretarius.*

GRAVIORA MONITA quoad aperitionem s. Tabernaculi, quoad communionem fidelibus impertiendam, et quoad reliquias Beatorum in publicis supplicationibus deferendas.

I. In quadam Ephemeride gallica legitur, Sacerdotem posse pro sua privata devotione sacrum Tabernaculum aperire, pro Sacramento adoratione, preces ad libitum fundere, ac deinde illud claudere. Idque dicitur legitime inferri a quibusdam S. R. Congregationis Decretis. Nomine et auctoritate Sacri Tribunalis Rituum, omnes lectores nostros certiores facimus, quod Ephemeris gallica vulgavit, esse *simpliciter* falsum, et illationem esse prorsus *illegitimam*. Expositio privata differt a solemnni, quod illa fit cum pixide, ista cum Ostensorio; sed utraque instituta est ad bonum publicum, nullo pacto privatae personae.

II. In alia legitur, Communionem fidelibus non posse impetriri sine gravissima causa, neque immediate ante, neque immediate post Missam; et adducitur ad rem recentius quoddam S. R. Congregationis Decretum. Eodem nomine eademque auctoritate declaramus, et *simpliciter* falsum quod asseritur, et apocryphum, si extet, Decretum, quod in genere nominatur, sed non affertur. Ad rem valeat sequens declaratio nobis data die 28 Novembris 1895:

«Nullum extat decretum S. R. Congregationis quod prohibeat Communionem fidelium ante vel post missam; et tum

(1) Recole Vol. XXVII. 439.

Director *Ephemeridum liturgicarum*, tum Director *Analect. Ecclesiastie.* current, ut huiusmodi resolutio lectoribus innotescat;»

PHILIPPUS DI FAVA *Substitutus S. R. C.*

Communio fidelium immediate post Missam permittitur ex Ritualis Rubrica, uti Sacerdotes norunt; *ex rationabili* quidem *causa*, ait Rituale, sed haec, temporum nostrorum conditione perpensa, facile adest, semperque generaliter adesse censendum est, quando communio petitur. Posse etiam immediate ante Missam communionem distribui indubium est, eadem ut supra extante causa, eodemque, ut diximus, modo intellecta, quamvis Rituale de hoc sileat. Ita fert communis et laudabilis praxis Urbis: hic est Ecclesiae sensus: hoc omnino tenendum, atque ita se gerendum.

III. Nomine tandem et auctoritate eiusdem S. R. Cognis, omnium in memoriam redigimus, Reliquias quascumque et Corpora Beatorum non posse in publicis supplicationibus deferri, uti deferri possunt Reliquiae et Corpora Sanctorum.

Haec prohibitio sua gravitate pollet, legemque infringere, toties per Decreta seu particularia, seu generalia et a Summis Pontificibus confirmata, nemini licet.

MISAS GREGORIANAS.

Origen. Uno de los Monjes de San Gregorio el Grande, que ejercía la medicina, había recibido algunos regalos conservando en su poder tres monedas de oro contra el voto de pobreza. No quiso confesar su pecado sino en el artículo de la muerte; y juzgando San Gregorio que era preciso hacer un escarmiento para impedir que se volviese á cometer tal falta, prohibió á los demás Monjes que visitasen al enfermo, y sólo permitió le asistiese un Sacerdote para exhortarle á penitencia.

Justo, (que así se llamaba) detestó su pecado y murió en paz; más no quedó satisfecho su Santo Abad, San Gregorio, quien imitando á San Macario en un caso semejante, ordenó que fuese enterrado con sus tres monedas, haciendo pasar á los demás Religiosos por su sepulcro diciendo: «Pecunia tua tecum sit in perditionem.»

Mas como el Monje muriese arrepentido, no quiso San Gregorio privarle de los sufragios y oraciones de la Iglesia; y mandó á otro Monje llamado Precioso, que ofreciera por su alma durante treinta dias el Santo Sacrificio de la Misa.

Concluida la Misa el dia trigésimo se apareció Justo (según lo dice San Gregorio en sus Diálogos,) á uno de los Religiosos, y le dijo que acababa de librarse del Purgatorio.

De aquí vino el llamar *Misas Gregorianas* á las que se celebran durante 30 dias continuos por algún difunto, en memoria de lo que hizo practicar San Gregorio con ese Monje.

Eficacia. Para conocer la eficacia de dichas Misas basta hacerse cargo de las palabras de un Consultor designado por la Sagrada Congregación de Indulgencias, quien dice: Que bastan para liberar á una alma del Purgatorio, á cuyo favor se dicen: que acerca de su efecto *in actu primo* no se diferencian de la eficacia de la Misa celebrada en un Altar privilegiado; pero sí se diferencian en su eficacia de otras tantas Misas celebradas en un solo día.

Otra ventaja tienen las Misas Gregorianas consistente en que una vez dichas las Misas, hay *grande probabilidad* de que al instante, el alma, por la cual se han celebrado, salga de las penas del Purgatorio. Esto no quiere decir que esto suceda *siempre*.

Condiciones. Por lo que hace á los requisitos que exige el celebrar debidamente las Misas de San Gregorio debe saberse:

1.^º Que se pueden celebrar en *cualquier* Altar sin necesidad de Indulto de la Santa Sede: mas para alcanzar la gracia que va anexa á todas y cada una de las Misas celebradas en el Altar de San Gregorio in Monte Coelio de Roma, es necesario pedir á la Santa Sede, ó sea, á la Sagrada Congregación de Indulgencias, el privilegio del Altar *ad instar Sant Gregorii*, que alguna vez ya se ha concedido.

2.^º Que, según el Acta Sanctae Sedis, las Misas han de ser treinta: se *deben* celebrar treinta dias *seguidos*, con tal que no lo impida el rito de la Iglesia, como sucede *in Triduo Pasionis*: que *forsán* (así dice el Acta Sanctae Sedis) sean de Requiem siempre que lo permitan las Rúbricas.

Estas son las *únicas* condiciones que se exigen para cumplir debidamente la celebración de las Misas Gregorianas.

De lo cual resulta: Que *no se pueden* celebrar esas Misas en un día, y por tanto por varios Sacerdotes en uno ó varios días; han de ser días seguidos y sin interrupción; pero no es necesario que las diga todos los días el *mismo Sacerdote*, ni en el *mismo Altar*, ni en la *misma hora*; de manera que si el Sacerdote que tenga tal encargo no pudiera celebrar, ó le conviniera celebrar con otra intención, debería encargar á otro

Sacerdote, para que celebrara precisamente en los *mismos días* en que él no lo haga, á fin de que no haya interrupción: que no es necesario celebrar en memoria de San Gregorio.

Del tercer requisito resulta que no es bien clara la obligación de celebrar Misa de Requiem en los días en que lo permita la Rúbrica; pero es de aconsejar en gran manera que en tales días se celebre de Requiem, por estar más conforme y más seguro.

En fin, esas Misas «*pro vivis celebrari non valent.*» Sagrada Congr. Indulgent. 24 Aug. 1888.—Acta Sedis Vol. XXI.

TABLA DE LOS SERMONES

que se han de predicar en la Santa Iglesia Catedral de esta Ciudad, desde el Miércoles de Ceniza hasta la festividad de todos los Santos de este presente año de 1896, con expresión de los señores Oradores encargados de su desempeño.

Febrero 19 Miércoles de Ceniza.—Evangelio.—Cum jejunatis, etc. Dr. D. José Fernández Bendicho, Arcipreste de la Santa Iglesia Catedral.

Idem 23.—Dominica 1.^a de Cuaresma.—Evangelio.—Ductus est Jesus, etc. El mismo.

Marzo 1.—Id. 2.^a de id.—Evangelio.—Assumpsit Jesus, etc. Dr. D. Tadeo Ortega, Magistral de la misma.

Idem 8. Id. 3.^a de id.—Evangelio.—Erat Jesus, etc. Dr. D. Jerónimo Lucas, Lectoral de id.

Idem 15. Id. 4.^a de id.—Evangelio.—Abiit Jesus, etc. Lic. D. Eulogio Horcajo Monte, Canónigo de id.

Idem 19. San José. El Sr. Arcipreste.

Idem 22. Dominica de Pasión.—Evangelio.—Dicebat Jesus, etc. El Sr. Magistral.

Idem 25. La Anunciación de Nuestra Señora. Dr. D. Cayetano Sentís, Doctoral de id.

Idem 27. Los Dolores de Nuestra Señora. Dr. D. Alejandro Rodríguez, Canónigo-Archivero de id.

Idem 29. Domingo de Ramos.—Evangelio.—Cum appropin- quasset Jesus, etc. Dr. D. Adolfo Pérez Muñoz, Canónigo de id.

Abril 2. Jueves Santo —Mandato—Evangelio.—Ante diem fes- tum Paschae, etc. **El Exemo. é Ilmo. Sr. Obispo.**

Idem 3. Viernes Santo.—Pasión de Nuestro Señor Jesucristo. El Sr. Doctoral.

Idem 6. Lunes de Pascua de Resurrección.—Evangelio.—Duo ex discipulis, etc. El Sr. Magistral

- Mayo 11. Rogaciones.—Evangelio.—*¿Quis vestris habebit amicum? etc.* El Sr. Horcajo.
Idem 14. Ascensión del Señor. El Sr. Lecto: al.
Idem 25. Lunes de Pascua de Pentecostés.—Evangelio.—*Sic Deus dilexit mundum, etc.* El mismo.
Idem 31. Domingo de la Santísima Trinidad.—Evangelio.—*Data est mihi, etc.* **El Excmo. é Ilmo. Sr. Obispo.**
Junio 7. Domingo infraoctava del Corpus.—Evangelio.—*Homo quidam, etc.* El Sr. Archivero.
Idem 24. Natividad de San Juan Bautista. El Sr. Magistral.
Idem 29 San Pedro y San Pablo Apóstoles. El Sr. Archivero,
Julio 25. Santiago Apóstol. El Sr. Magistral.
Agosto 15. Asunción de Nuestra Señora. **El Excmo. é Ilmo. Sr. Obispo.**
Septiembre 8. La Natividad de Nuestra Señora. Lic. D. Bernardo Ortiz, Canónigo de la Santa Iglesia Catedral.
Octubre 5. **San Froilán**, Patrono del Obispado. Lic. D. Francisco Javier Zunda, Beneficiado de id.
Idem 25. **San Marcelo**, Patrono de la Ciudad. D. Santos Casañeda, Beneficiado de id.
Noviembre 1. Festividad de Todos los Santos. Dr. D. Adolfo Pérez Muñoz, Canónigo de id.

**Asociación de SUFRAGIOS MUTUOS del Clero
de la Diócesis.**

Han manifestado por medio de los Sres. Arciprestes de Villalón, y Loma de Saldaña que deseaban pertenecer á la Asociación é ingresan en ella:

- N.º 889=Villanueva D. Mariano, con obligación de aplicar *cien misas.*
N.º 890=Cascos D. Gerardo, con id. id. id. *diez misas.*
N.º 891=Fernández D. Laureano, con id. id. id. id.
N.º 892=Testera, D. Pedro, dentro del primer año de su ordenación.

León, 29 de Enero de 1896.—Dr. Adolfo Pérez Muñoz,
Canónigo-Secretario.